

la Révolution, l'église abbatiale et bâtiments claustraux vendus comme biens nationaux. (N. BACKMUND. *Monasticon Praemonstratense*. III. Straubing, 1956, pp. 171-174).

En 1861 il ne restait de l'abbaye que quelques voûtes et fragments d'architecture.

Monsieur Charles Samaran, Membre de l'Institut, Directeur honoraire des Archives de France, vient de signaler dans une publication de la *Société archéologique et historique du Gers*, 1968, pp. 25-28, un fragment provenant de cette ancienne abbaye. C'est un tympan charmant de piété naïve datant du XIV^e siècle qui se trouve actuellement à Paris, formant aujourd'hui le devant d'autel de la nouvelle église du couvent des Bénédictins, n° 5 de la rue de la Source à Paris (XVI^e arrondissement).

Il représente la Sainte Vierge, couronnée par deux anges, assise à la droite de son Fils, qui, lui aussi couronné, la bénit.

L'auteur de la présente note vient d'apprendre du savant Bénédictin, dom Chaussy, que cette pièce a été offerte à l'abbaye de Sainte Marie de Paris par Mr. Jules Cheville, fils d'un officier de cavalerie. Sa mère s'appellait Caussade et était fille d'un notaire du pays. Les parents de Mr. Cheville auraient apporté cette pièce à Clamart. Lorsque Mr. Cheville vendit sa maison en 1963, il fit don de cette pièce — par l'intermédiaire de dom Chaussy — à l'abbaye de Sainte Marie. Elle a été insérée fort heureusement dans l'autel de l'église.

The Mediaeval Institute.

Astrik L. GABRIEL, O. Praem.

University of Notre Dame (U.S.A.)

Bernardus Fontis Calidi, abbas O. Praem., et errores sui temporis

Saeculis duodecimo ac decimo tertio errores et haereses plures non parum turbarunt regiones Europae, signanter regiones Italiae septentrionalis hodiernae ac Galliae meridionalis. Sic dicti Cathari et Waldenses sub hoc respectu asseclas plures sibi aggregarunt; insuper tumultus non spernendos in vita publica civium secum tulerunt.

Quid errores illi revera intenderint ac protulerint a pluribus studiosis nostris temporibus summa cum cura inquisitum fuit. Cumque praecise illo tempore Praemonstratenses, paucis decenniis decurrentibus post

eorum foundationem a s. Norberto, anno 1120, magnam extensionem statim nacti sint, quaestio poni debet quaenam fuerit relatio Praemonstratensium ad errores illos, qui vitam Ecclesiae et vitam civilem tanto perire turbasse videntur. Considerationes nonnullas, valde generales, huic themati quodammodo indicato destinatas, protulimus in *Anal. Praem.*, XXXIII, 1957, pp. 141-147 : *Haereses ac Sectae ineuntis Medii Aevi et Praemonstratenses*. Item, de tractatu *Contra Vallenses et Arianos* BERNARDI FONTIS CALIDI (Fontcaude) (cfr. MIGNE, *Patrologia Latina*, t. 204, coll. 793-840), erudite scripsit cfr. Parcensis, L. VERREES, *Le traité de l'abbé Bernard de Fontcaude*, in *Anal. Praem.*, XXXI, 1955, pp. 5-23.

Aliis inquisitionibus recentioribus omissis, dici debet Chr. THOUZELLIER elucubrationibus non paucis, eruditione ac perspicuitate omnimoda eminentibus, thema supra indicatum optime delineasse ac lucido commentario ornasse. Duo opera sub hoc respectu Chr. Thouzellier hic indicanda sunt : *Un Traité cathare récent du début du XIII^e s d'après le Liber contra Manicheos de Durand de Huesca*. (Bibliothèque de la Revue d'Histoire Ecclesiastique, fasc. 37), Lovanii 1961 ; potissimum vero : *Catharisme et Valdéisme en Languedoc à la fin du XII^e et au début du XIII^e siècle*. 2^e éd. Louvain, 1969.

Nulla modo intendimus conspectum generalem proferre omnium quae in his libris exponuntur. Consulto ea tantum indicamus quae auctores nonnulli Praemonstratenses sub hoc respectu declararunt. Et quidem iudicium Chr. Thouzellier presse insequendo. Ideo, parum vel nihil dicimus de tractatu edito ac commentariis ornato Bernardi de Huesca, qui non erat catharus, sed Waldensis. Ex quo tractatu Bernardi de Huesca apparet Catharos illos distinctos fuisse a Waldensibus, imo et adversarios sese acriter non raro oppugnantes.

Memorari hic debet epistola quaedam cardinalis Conradi, legati apostolici in Languedoc ; quae epistola nota est ope epistolae cuiusdem abbatis generalis ordinis Praemonstratensis, Gervasii (+ 1228). Cfr. J. B. VALVEKENS, *Gervasius, Abbas et Dominus Praemonstratensis* in *Anal. Praem.* XXVIII, 1952, pp. 193-196. De modo qua epistola illa Gervasii in antiquis textibus traditur, et de textu ipso epistolae cardinalis Conradi modo citatae, item de diverso modo quo traditus fuit in textibus antiquis hucusque notis. De illa textus traditione notas eruditas habet Chr. Thouzellier, *Un Traité ...*, p. 39 s., n. 5 ; remittendo ulterius ad C. R. CHENEY, *Gervase, Abbot of Prémontré : a médiéval letter-writer*, in *Bulletin of the John Rylands Library*, XXXIII, 1950, pp. 25-56.

Praetereundo ea quae fuse a Chr. Thouzellier, l.c., exponuntur de scriptis et actis Durandi de Huesca, sistamus in iis quae refert de tractatu Bernardi Fontis Calidi, in quo abbas iste Praemonstratensis agit de erroribus varii generis quos in regione sua (Gallia Meridionali) serpentes perspexit. Quod variis locis in libro *Catharisme et Valdésisme* ..., tractatur. Novimus Bernardum nostrum severe et punctatim errores tunc a pluribus sparsos protulisse in suo tractatu *Contra Valdenses et Arianos*. L. VERREES, l.c. de illo tractatu thetice egit. Chr. Thouzellier de Bernardo agit, l.c., pp. 49-59, sub titulo : *Les attaques de Bernard de Fontcaude*. Bernardus explicite loquitur de « haeresi ». Sub hoc respectu notari potest quid a Bernardo sub termino « haeresis » significetur. « Haereticus est, qui antiquam seu alterius haeresim sequitur, vel novam fingit. Tales enim sunt qui dicunt, non esse obediendum episcopis, sacerdotibus, nec quod dictu horribile est, sanctae Romanae Ecclesiae » (MIGNE, l.c., col. 817).

Bernardus Fontis Calidi contra Waldenses scribit, eo quod pigritiae faveant et quietismo cuidam sese dederint. Imitari sese dicunt apostolos, qui, iudicio ipsorum « idiotae » et « sine litteris erant » : « primi apostoli idiotae et sine litteris fuerunt. Et isti omnes, licet laici, verbum Dei praedicaverunt. Quare et nos eorum actus imitantes, repellendi non sumus, imo audiendi ... » (l.c., col. 810). Potissimum invehit Bernardus noster contra praedicatores laicos, non missos ad ministerium cui sese incumbere proclamant : « Sunt alii qui a Deo non mittuntur, sed extremitate praesumptionis per se veniunt ... In venientibus, praesumptio temeritatis; in missis vero, obsequium servitutis est. Vae igitur, id est aeterna damnatio est his qui dicunt se missos, et non sunt ... Qui vero per se veniunt, nec sunt missi; nec habent testimonium hominis mittentis, nec Dei, si caruerint charitate, humilitate et obedientia ... Non est enim eis a Deo iniunctum ut doceant ... Haec signa illi non habent : quare nec a Deo missi sunt, nec loqui debent » (l.c., col. 813 s.).

Bernardus Fontis Calidi proinde errores quos apud fautores sectarum tunc florentium animadvertit exprobat; mitis tamen remanens erga personas errantium illorum. Quod ultimum dici non potest de aliis scriptoribus sectas illas damnantibus. Quod in specie dici debet de Alano Insulensi, O. Cist. Explicitis verbis tamen exprobat Bernardus noster inimicitiam errantium dictorum contra sacerdotes.

Habetur et aliud thema quod a Bernardo nostro fuse contra Waldenses exponitur. In specie : adiutorium spirituale quod praestari

potest defunctis. Quod ita, adiunctis pluribus textibus ex opere Bernardi depromptis, a Chr. Thouzellier, o.c. p. 55 s. exponitur : « Bernard de Fontcaude démontre que l'oraison ou l'acte expiatoire, valables pour les vivants comme pour les défunts, libèrent ceux-ci de leur peine ou purgatoire. Membres du Christ, unis en lui, les chrétiens participent, chacun dans leur individualité, aux souffrances de tous. Si des ennemis de la vérité suggèrent que la miséricorde cesse après la mort, ils doivent savoir que le fidèle, mourant dans la foi jouit de l'aide propitiatoire des vivants. Certains hérétiques nient le purgatoire et sa valeur purificatrice. Les uns affirment que les âmes, une fois désincarnées vont directement au ciel ou en enfer ; d'autres, qu'elles séjournent en des lieux agréables ou pénibles selon leurs mérites, en attendant le jugement dernier qui leur fixera définitivement le paradis ou la géhenne. Enfin, ..., beaucoup refusent de prier dans les églises, ils pratiquent l'oraison au dehors, comme leur prêche, ou en secret dans leurs demeures, sans aucun respect pour les édifices religieux. Le terme *Ecclesia* répond Bernard, traduit un concept social : l'ensemble des fidèles, et désigne aussi le temple où, disent les sectaires « l'Esprit ne réside pas ». Or Dieu infini remplit l'univers ; en puissance dans le cœur des élus, présent au tabernacle, son Esprit habite dans les églises où les fidèles communient au corps du Christ. Ces blasphémateurs, ajoute le prémontré, affirment que Dieu n'a pas créée t ne gouverne pas le monde ; ils outragent les saints du paradis, les apôtres et les martyrs, qu'ils jugent incapables d'assister ceux qui les invoquent ».

Ex variis his considerationibus, fuse et erudite expositis, pluribus testimoniis textuum auctorum de quibus agitur, adductis, a Chr. Thouzellier in libro supra indicato, apparet Bernardum a Fonte Calido (Fontcaude), abbatem Praemonstratensem, suo modo, sed energice, rectam doctrinam dogmaticam et moralem catholicam exposuisse ac defendisse contra errores tunc serpentes in regionibus in quibus vixit : in Gallia scilicet hodierna meridionali.

J. B. VALVEKENS, O. Praem.

A propos du chant des Chartreux

L'histoire du chant grégorien, — le seul authentique et traditionnel du rit latin, — vient de s'enrichir d'une nouvelle contribution par